

iudices Eustasius de Fanello et
Iohannes Baptista de Salicetis

73

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudices Eustasius de Fanello et
Iohannes Baptista de Salicetis

73

1490-02-15

Lorem ipsum dolor sit amet

Nos Eustasius de Fanello de Mathera et Iohannes Baptista de Salicetis de Troya, iuris utriusque doctores et in presenti causa arbitri... et amicabile compositores electi per... Iohannem Franciscum de Scalczonis et Pascharellum de Iacucio, tam pro se quam pro parte Rose,... sue sororis,... notum facimus... qualiter dudum ventilata fuit quedam causa,... in curia... regii capitanei civitatis Mathere, inter dictum Pascharellum et Rosam... et quondam... Tucium de Scalczonis, artium et medicine doctorem,... et, post eius mortem, Iohannem Franciscum, eius filium,... super petitione certe petie terrarum sitarum... in tenimento... Mathere, in contrata Aurifecie. Et facto processu,... prefati Pascharellus et Rosa... contrariam sententiam reportaverunt, a qua... appellaverunt ad sacrum consilium provinciale provincie Idrontine et... partes ipse processerunt... usque ad conclusionem exclusive. Et volentes partes ipse laboribus et expensis parcere et ulterius non transire per anfractus iudiciorum... compromiserunt dictam causam in nos,... ut valeamus de dicta causa cognoscere et sententiare, arbitrari de iure et de facto, alte et basse cum plena et libera potestate dandi et tollendi, iuxta formam compromissi ad hoc facti... per manus notarii Francisci de Patrello,... tenoris... subsequentis, videlicet... *[qui segue il documento n. 72]* Petente itaque Iohanne Francisco prenominato de predictis habere puplicum documentum pro futura memoria ad sui eiusque heredum et successorum cautelam, de nostro mandato, conscientia et voluntate hoc presens puplicum instrumentum exinde factum est per manus supradicti notarii Dominici, regia auctoritate notarii et in presenti causa actorum magistri

per nos assumpti et nostrum qui supra dominorum
Eustasii et Iohannis Baptiste et testium subscriptionibus
ac nostrorum sigillorum, quibus utimur, impressione
roboratum; quod scripsi ego prefatus Dominicus...
notarius... ipsumque meo consueto signo signavi...

1

† Ego Dominicus Eustasius de Fanello de Mathera
predicta fatemur et nostra propria manu ut arbiter,
arbitrator et amicabile compositor subscripsimus et
nostro nicio niciavimus Ego Iohannes Baptista de
Salicetis de Troya, utriusque iuris doctor, // predictis
omnibus interfui ut arbiter, arbitrator et amicabile
compositor et ideo ad fidem me propria manu scripsi et
meo nicio niciavit † Ego Montus de Monti de Tarento
regio iudex a contractus qui supra predicta fateor †
Ego Iohannes Paulus domini Roberti de Tarento ××× †
Ego Berartinus domini Roberti de Tarento ××× † Ego
Donatus de Spetiario de Tarento testatur † Ego Santorus
de Troya testis sum

Dovrebbe trattarsi della contrada *de Aurifuso* già attestata nei
docc. 42, 62.